



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 12. Acta in Concilio Duziacensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](#)

Rursus de suo nepote dicit: *Petere Sæculum IX.*
me ausus est per Archiepiscopum Veni- A. C. 871.
lonem, ut, nisi pacem in perpetuum ab-
nuerem, igni librum traderem, quem de
Excommunicatione ab ipso in suam Diœ-
cesim pronunciata scripsisse. Qua po-
stulatione compellere me vult ad combu-
rendam Scripturam & Canones, quibus
librum illum implevi. Dicit, consensum c. 32.
suum, cum Attiniaci subscriberet, vi
fuisse extortum, nec illo facto se obliga-
ri. Ad istud refutandum Hincmarus c. 33.
Remensis omnia adjuncta Concilii Atti-
niacensis accurate refert, & probat, nul-
lam ei vim illatam. Tandem dicit, jam
ter vocatum contumaciæ reum esse pro-
nunciandum, & adempta spe appellatio-
nis secundum Canones condemnandum.

Hæ sunt querelæ Hincmari Remensis,
in fine dicentis, nullatenus se privatas
injurias vindicandi dulcedinem quærere,
sed solummodo Dignitatem suam, & Ec-
clesiæ suæ Metropoliticæ jura salva esse
cupere.

§. XII.

Acta in Concilio Duziacensi.

Postquam Episcopi per dies aliquot de- Pars III.
liberassent, quid ad Regis querelas p. 1617.
esser respondendum, attulerunt articu-
los, seu potius collectionem Canonum,
Legum, & textuum ex viris auctorita-

Ii 5 te

Sæculum IX. te gaudentibus excerptorum, ex quibus
A.C. 871.

docebant, quam pœnam mereatur Epis-
copus, si criminum, quæ ipsi objiciuntur,
perjurii, seditionis, rapinæ, calumnia,
vel etiam, quod Bona Ecclesiæ suæ di-
straxerit, Regis voluntati obstiterit, ad
arma proruperit, societatem cum rebel-
libus inierit, convictus fuerit. In hoc
Scripto verba sequentia notatu digna mi-
hi videntur: *Hincmarum, fratrem no-
strum, si ea, quæ petebat, a Rege impe-
trare non potuit, causam primum ad Con-
cilium suæ provinciæ deferre oportebat,*
cum Judicium sœculare non daretur, in
quod Regem vocare posset. Quod si nos
*deinde, Actore & Reo præsentibus, cau-
sam nostra sententia terminare non po-
tuissimus, ei literas nostras dedissemus,*
quibus munitus rei hujus cognitionem ad
Sacram Sedem transtulisset. Meminisse
*oportet, quod Scriptum istud Rege præ-
sente & audiente lectum fuerit.*

Pars. 4.
p. 1632.

Cum inter hæc Hincmarus Lau-
nensis Duziacum venisset, ter ritu judi-
ciali citatur, ut in conspectum Concilii
ingrederetur, Papæ mandata audiret, &
ad ea, quæ Actores contra ipsum affer-
rent, responderet. Ille misit amplissi-
mum Commentarium, & dixit, quod ad
S. Sedem appellaret. At Legati a Con-
cilio dixerunt: *Veni modo & causam*
tuam defende. Tum, si necesse fuerit,
appella-

quibus
Epis-
untur,
mnia,
uæ di-
rit, ad
rebel-
In hoc
na mi-
m no-
impe-
d Con-
rtebat,
ur, in
si nos
, con-
on pa-
semus,
em ad
niniſſe
e præ-
audu-
i judi-
oncili
ret, &
affer-
mpliss-
iod ad
Con-
ausan
uerit,
pella-

appellabis. Ceterum nihil est, quod ti- Sæculum IX.
meas ne ob reverentiam cuiuscunque ho- A. C. 871.
minis tibi noceamus. Quoties autem ci-
tabatur, Episcopus, Presbyter, & Dia-
conus provinciæ Remensis ad eum mitte-
batur.

Aliquis etiam Parochus ruralis, no-
mine Haimeradus, qui apud Episcopum
Laudunensem erat, & ipsius nomine
Commentarium in Concilio Attiniacen-
si obtulerat, citatus est. Et hic quidem
Presbyter Duziacum non venit, sed
Hincmarus Laudunensis post tertiam ci-
tationem obediit, & Concilium intravit.
Tum Rex Carolus iterum obtulit que-
relas, quæ Laudunensi audiente lectæ,
ipsique traditæ ab Odone Bellovacensi;
tempus quoque concessum, quo eas pen-
saret, & responderet. Aliam deinde
Epistolam Summi Pontificis Odo ei præ-
legit, in qua Papa Laudunensem objur-
gabat, quod Romam non venisset, ut
promiserat, jubebatque, Metropolitæ suo
obedientiam præstare.

c. 2.

§. XIII.

Responsum Hincmari Laudunensis.

Postridie Hincmarus Laudunensis ite-
rum citatur, jubetur respondere ad
Regis querelas, & Sabbato sequenti
suam defensionem producere. Hac die
elapsa rursus citatur, & monetur, com-
menta-

c. 3.